


INTRODV
CTIO IN LIN
GVAM
ARABICAM

Conscripta
à

M. Bartholomæo Radtmanno
Academiæ Francofurtanæ Pro-
fessore publico.



FRANCOVRTI
Typis exscripsit Andreas Eschorn.
Anno ultimi temporis
els Io Ilxe.



MAGNIFICO
ET NOBILISSIMO VI-
RO, SAPIENTIA VIRTUTE
AC DIGNITATE PRAESTANTI, DN.
BARTHOLDO à MANDELSLOVV, IN BIER-
teich & Belitz, &c. Illustrissimi Electo-
ris Brandenburgici Consiliario in-
timo, &c. Dn. & Patrono
suo reuerenter co-
lendo.



QVm maximis & plurimis
beneficiis Deus, ille orbis universi con-
ditor, homines non olim modo, sed no-
stra etiam patrumq; memoriâ affecerit:
cæcum esse, atq; omnis sensus ac ratio-
nis expertem necesse est, qui ea non
videat, pessimum autem omnium, &
ingratissimum, qui non agnoscat, magnificat, prædicet.
Vt alia nunc præteream: neq; enim fieri potest, ut illa libe-
ralitatis divinæ immensitas ullius hominis oratione com-
prehendatur, neq; id hujus est instituti: quantum est mu-
nus, & quàm luculentum benignitatis argumentum, quod
optimus ille & amantissimus nostri generis Deus, non so-
lum unicuiq; homini linguæ usum & loquendi facultatem
contulit, qua quidem cognatorum inter se hominum ami-
citia & societas primum coaluit, sed & posteaquam facul-
tas illa in varias ac penè innumerabiles linguas, ceu una
ex arbore enatas, ac latissimè dispersos ramos, scissa &
diffusa

diffusa est, noticiam præbuit externorum ac peregrinorum
sermõnum; quorum interventu vel populi ipsi longè dissi-
ti propius cõiungerentur, vel artium & doctrinæ cultus ab
aliis ad alios propagaretur minore negotio & expeditius.
Ex Ebraica quidem lingua, ut fonte ac parente fecunda,
prodierunt cæteræ omnes, Chaldaica primum, & Syriaca;
deinde Arabica: quibus usos esse vetustissimis illis tempo-
ribus video, qui se ab Ebræorum communione & sacris
seiunxerant: demum Græca, Latina, Gothica, & ex his na-
tæ ex aliis aliæ, eaq; temporum non minus progressu, quã
populorum migrationibus & commixtione, ut ita dicam,
ad eò corruptæ ac degeneres, ut à primordiis suis longissi-
mè discessisse ferè omnes, paucis exceptis, atq; aliam quasi
faciem induisse deprehendantur. Ut quæq; autem ætate
& vetustate aliam antecedit, sic dignitate & auctoritate
etiam præstare neminem sanorum negaturum arbitror.
Sed de Arabica nunc quidem sola, paululum verborum ad-
te Nobilissime Mandelslovi faciam: quod dubitari ab ali-
quibus animadvertant, num digna ea sit aut omnino ne-
cessaria, in qua discenda operæ aliquid diligentioris ab iis,
qui se Christianos profitentur, ponatur; eam potissimum
ob causam: quod sacri libri Arabico sermone conscripti
non sint, & tantum sit cæterorum interpretum, ut qui plu-
res, atq; ex ipsa Arabia usq; requirat, is vel desipere vel te-
meraria quadam curiositate, & appetitione rei minimè ne-
cessariæ laborare videatur. Hos autè ego quicumq; demum
sint, alucinari & tota, quod ajunt, via errare existimo. E-
nimvero ne utar iis, quæ ad refellendam hanc eorum opi-
nionem, & sanandam, ut sic dicam, nauseam, complura se-
se offerunt, numquid inficiari quis ausit, Arabicam linguã
non minus Chaldaica aut Syriaca progeniem ac foetum
esse Ebrææ. Quod si hoc concesserit: quo iure qua fronte,
ei hæreditariam matris dignitatem & nobilitatem adimet?
quan-

quandoquidē consuetudine veterrima rectē introductum
est, vt parentum claritate & ornamentis, posterorum no-
bilitas non minimam partem aestimeretur. Aut hanc igitur
admittant, aut illam & Syriacam eadem ratione una tol-
lant & exterminent, quo se certē facinore nemo volet
sciens prudens obstringere. Verum quid hoc ad rem, dicat
aliquis: cum non de antiquitate quærat, sed quem omni-
nò usum & quam utilitatem afferre queat rebus humanis
Arabice lingue cognitio? Qui hoc in dubium vocant, si
quidem agant seriò, ij inscitiam & imperitiam suam ma-
nifesto iudicio produnt. Quid enim quæso, extræ lingue
reliquæ, Italicam dico, Gallicam, Hispanicam, quarum ta-
mē quasi ardenti quadam siti pleriq; tenentur; Imò quid
illæ eruditorum propriæ, Græca Latina, hominem adiuvât,
aut quod habent momentum ad vitam degendam beati-
us? Promtū est quod respondeant, neq; ego improbem. Li-
bros esse, unaquaq; earum linguarum, Græcâ Latinâq; po-
tissimum confectos, quibus res optimæ, sacræ, prophanæ,
politice, olim recens gestæ, pandantur, & quibus Religio-
nis doctrina, ars medicandi, litteræ, totaq; vitæ agendæ &
Reipub. administrandæ ratio contineatur & explicetur.
Horum igitur cognoscendorum gratia linguas illas pere-
grinas & exoticas expeti. Non habeo quod hic repræhen-
dam, sed in hanc eorum sententiam plane libens ac con-
sultò eundem censeo. Verùm si librorū & doctrinæ, rerūq;
bonarum causa linguas alias a manus & complectimur;
cur id in Arabica etiam non faciamus, aut cur hanc vilio-
rem ducamus cæteris, equidem non video. Nam ad quam
cunq; doctrinæ eruditæ partem respexerimus, nulla earum
caruisse Arabas veteres reperiemus. Medicos requirimus;
nulli ea in arte meliora; & ad praxin, quam vocant, magis
accommodata ac solida prodidere literis quam Arabes; in
quibus præcipui sunt, quorum ad nos monumenta per-
uenerunt.

peruenerunt, Avicenna, Averrhois, Rasis, Melse, alii; quos
ipsi etiam Græci admirati sunt & imitati; & absq; his ef-
set, nunc ipsum non negant Medici longè minus nobis
expeditam ac perfectam fore universam qua iam frui-
mur, medicandi rationem. Philosophiam spectamus? an
non omnia in his ipsis, quos nominavi, arguta, a cura, solida
in hoc genere ut, qui se Philosophiæ studiis dederunt, eorū
scriptis se magnopere adiutos fuisse ingenue profiteantur.
Nec Theologiæ sinceræ laudem quis iure Arabibus priscis
eripiat: etsi à veritate Religionis Christianæ eorum posteri
sive barbarorum hominum consuetudine & iniuriis, siue
sua ipsorum stoliditate ac ferocia edocti, desciuerunt, &
impia impurissimæq; Muhamedis placita sectati sunt. Idq;
Iohannis Damasceni, acutissimi Theologi, & aliorum nō
paucorum, neq; ignobiliū quorum apud D. Hieronymum
exstant nomina in catalogo Ecclesiasticorum scriptorum
exemplis si res postulet, confirmari potest. Atq; esset optā-
dum, cum Arabicorum autorum scriptis in latinum ser-
monem, nescio quomodo & quam concinne ac feliciter
conuersis tantum utamur, eorum archetypa (quando non
desunt, qui exstare ea perhibeant) in lucem aliquando edi,
& vsurpari ab optimarum artium studiosis hominibus
Dubitandum omninō non est, id maximo reipub. litterarię
commodo, summaq; legentium voluptate futurum: cum
fieri non possit, quin quorum translatae in alium sermonē
expositiones, ceu picturæ, vehementer hactenus doctrinæ
studiosos delectant, eorum viva ut ita dicam, facies & fru-
tuosa futura sit, & longè iucundissima. Neq; verò id pe-
nitus desperandum videtur, si in tanti momenti tantæq; u-
tilitatis rem, & in culturam Arabicæ linguæ depromere
atq; impendere non nihil suæ opulentia velint fortunati;
qua re immortalem profectō gloriam consecuturos, & de
I E S U C H R I S T I Seruatoris Ecclesia præclarissime me-
rituros

ritos certum est. Nam ut ea quæ ante oculos sunt, & ad nos posterosq; nostros attinent, mittam; et si hæc negligi ipsa quoq; non oportebat: nonne maxime beneficio effici posse eo pacto Asiaticos, Africanos & alios populos, manifestum est? Neminem nostrum fugit, eos Turcico Imperio & Muhamedica: ac in Deum blasphema superstitione & cæcitate arête premi & contineri: Ecclesiam Christi paulatim illic extirpari: Religionis quidem Christianæ iis locis nervos sic incidi, ut verendum sit, ne paulo post, nisi divinitus recreetur, funditus intereat. Sed tamen avidi sunt doctrinæ hominum animi, quam si certis & firmis rationibus niti intelligant, non solum facile arripiunt; verum etiam tenaciter complectuntur & mordicus defendunt. Nō nescimus etiam alterum; sermonem Arabicum illi omni genti esse in deliciis & summo precio, quo uno adolescentulos ab ineunte ætate imbuant; quoq; non nisi de gravissimis rebus, ad Religionem vel rempublicam pertinentibus utantur. Iam si quis Imperator; vel Rex, vel opulentorum principum aliquis, misertus tot populorum, tot urbium & regionum quæ olim Ecclesiæ Christianæ nomine, & virtutum artiumq; laudatarum studiis floruerunt, nunc autem & mancipio tenentur ab immanibus Turcis, & foedissima impietate polluantur, si quis, inquam, curet atq; efficiat, ut cum illis sacra nostra Biblia, hoc est totum Religionis nostræ verissimæ patrimonium Arabicæ linguæ adiumento, comunicetur, & ut illi hac ratione vel omnes, vel pleriq; e Satanicis illis tenebris, & Orci penè faucibus erepti, ad lucis cœlestis conspectum & Ecclesiæ Christianæ gremium tradantur; mihi videtur omnes heroes, omnes Soteras, omnes Evergetas, quotquot unquam exstiterunt, divini huius meriti amplitudine ac splendore longissimè esse superaturus. Ac si quid certi habet coniectura: ex magno usu id Imperii Rom. certò futurum auguror. Hominibus enim, veræ religio-

religionis luce ostensa, & falsa illius quæ constricti sunt errore ac turpitudine demonstrata & odio instillato, an non cupiditatem quandam iugi Turcici & tristissimæ servitutis excutiendæ & sese suosq; vindicandi in libertatem oborituram putabimus? Quod si ille omnium maxime horribilis tyrannus domestico negotio occupatus & irritus fuerit; non solum minus nobis & patriæ universæ deinceps formidabilis, verum etiam annuente & adiuvante Deo, victu ac profligatu nostris tandem multò facilior evadet? Quo respexisse nostra ætate sapientissimum & laudatissimum Imperatorem Divum Ferdinandum audio, cum Novum Testamentum rogatu Patriarchæ Antiocheni lingua Syrica excudendum typis, & communicandum cum Christianis in Syria & vicinis locis, regio plane & Christiano Imperatore dignissimo consilio, curavit; neq; non ea re, cum Deo Opt. Max. officium gratissimum præstitit, tum ab hominibus gratiam nullis seculis intermoriuram iniit. Cuius vestigijs quicumq; institerint atq; quod ille exorsus modo fuit in Syriaca lingua in hac persequetur, si eandem gloriam eaq; multò majorem & illustriorem reportabunt: & Ecclesiæ Christianæ terminos longius proferent, & huic non minus consulent, quam si Turcis Syriam ipsam & Aegyptum aliq; regna armis eripuisent. Cum autem Consilium omne frustra capiatur, cui non exsequendi modus ac methodus comes sit, hic quoq; non metam modo indicari sed rationem etiam & viam, qua ad eam perveniri possit, monstrari conveniet, ne irritatandem sit omnis & ridicula consultatio. Dicam ingenue quod sentio, non meas tamen unius cogitationes secutus, sed in nitens sententiæ ac iudicio aliorum, qui in huius rei curam penè toti incubuerunt: è quorum numero meritò vel primos nominem Nicolaum Clenardum Guilielmum Postellam, Ruthigerum, Speium, Arabicarum literarum studiosissimi.

diſſiſſimos homines: quorum ille etiam ſingulari earum de
ſiderio excitatus in Hiſpaniam & Aſiam ad remotiſſimas
gentes profectus eſt. Itaq; id fieri ante omnia neceſſarium
duco, quod in aliarum linguarum noticia perdiscenda fieri
conſuevit, ut Lexicon conficiatur & præcepta tradantur,
quibus & ſingularum vocum notio comparetur, & voces
ipſæ ad conſtituendam ſententiam apte coniungantur: que
omnis ratio doctrina Grammatica explicatur. Sed de Lexico
difficultas primû magna obijcitur, unde id tandē libris, Ma-
giſtro, ac duce deſtituti eruaus. Quod ſi in lucem prodiret,
quod à Cleonardo in Bethica repertum fuiſſe perhibetur; du-
bitatio hæc omnis ſtatim diſcuteretur. Sia illud adhuc deli-
teſcat, rationem nihilominus poſſe iniri exiſtimatur, extru-
endi Lexici aut ſaltem iaciendi prima eius fundamenta, quib;
deinde vt in cœpto opere. pleniora & perfectiora, aliorû in-
duſtria & ſagacitas tanquam ad iuſti operis exædificatiônẽ
adiungat. Atq; hic facere non poſſum, quin tibi, viro pruden-
tiſſimo & literarû amantiſſ, rem miſericã cõmemorem. Au-
diueram in Illuſtriſſimi Electoris Brandenb. aula degere ho-
minem Turcicum Adrianopolitanum; quem ante annos vi-
ginti quinq; captum Veſperini in Hungaria & deductum
primum ad illuſtriſſimæ memoriæ principem Ioannem
Marchionem Brandenb. poſt huius obitum, Illuſtriſſimus
item princeps Ioachimus Fridericus Archiepiſcopes Mag-
deburgenſis Adminiſtrator in famulorum ſuorum nume-
rum tranſtulerat, poſtea eruditum & inſtitutum doctrinæ
Chriſtianæ capitibus, & ſuæ gentis errores palam deteſtan-
tem, ſacro ſancto Baptiſmate perfundendum & annu-
mandum Chriſtianis & Pauli nomine, quod ipſe ſibi tum ab
iecto patrio Salomonis vocabulo delegit, appellandum cura
uerat. Hic gnarus eſſe Arabicarum litterarum ferebatur, qua-
rum ego à multis annis ſtudio arſeram. Acceſſi & vidi ho-
minem & locutus ſum cum eo noſtra lingua multa familia-
riter,

+
ac
riter, deprehendi eum à puero in Arabicæ linguæ, imprimis
autem in Alcorani, quo Turcæ religionis suæ mysteria re-
condita opinantur, studiis fuisse versatum, & lectionem qui-
dem Arabicam adeo callere exactè ut quæ tum in manibus
erant Arabica scripta, typis excusa, in iis permulta perperam
esse posita confirmaret, & vt corrigi & reduci ad genuinam
scribendi rationem possent, diserta oratione ostenderet. Itaq;
quod cæteris deerat suppleuit, quod redundabat refecuit, alia
emendauit, & redegit in ordinem, aliis obscurioribus lucem
addidit. Ea me res iam ante cupiditate cognoscendi Arabica
calentem & utentem consuetudine hominis, neq; mali meo
iudicio & ingeniosi, dies aliquot, eò deduxit, ut quæ de eo
sparsim audieram, consignata primum accuratè & collata
cum aliorum traditis, attentius ponderanda suscipere, &
quæ ad characteres eius linguæ pernoscendos, & ad chara-
cterum inter se compositionem & ad lectionis iustæ rationem
pertinerent, methodo quadam Grammaticis usitata com-
prehenderem. Quin spem mihi fecit idem Paulus si Alcora-
num genuinum integrum & natia lingua loquentem nan-
ciscatur (cujus consequendi viam maximè oportunam fore
ajebat, si à captiuo Turca illustriore in redemptionis precio
exigatur) summo studio ac labore neq; infructuoso illo se e-
laboraturum, vt & vera ejus interpretatione potiamur, & in-
de Lexici, quod unum desideramus, saltem primordia con-
stituerentur; quibus adiicere si qua primum prætermissa fu-
issent, non fore difficillimum arbitratur. Sed ut ad nostra
redeam, etsi accepta de Paulo & aliis, ab illo tamen potissi-
mum, in chartam tum memoriæ tantum meæ causa conje-
ceram, neq; in animum induxeram, ea in publicum unquam
emittere; tamen cum uno alteroue amicorū; quorū nō minor
esset erga Arabicas literas animi affectio, iudiciū de iis plane
idē quod meū, comunicandum ceusui nostrū illū quantum-
vis tenuem ac immaturum atq; informem factum, & eorum
de hoc

de hoc censuram exquisiui, qui non modo tum probare cœperunt ac laudare, quam vocabant, industriam meam, sed me etiam ut eam cæteris hominibus, vel ad horum utilitatem aliquam (quæ tamen quanta inde ad ullum redire queat nequaquam certe ipse prædico) vel eorum excitandum studium & æmulationem nostris in lucem editis, ostenderem, vehementer hortati sunt. Iacobi igitur, eorum maxime iudicio & auctoritate, hanc aleam: utinam $\xi\omega\ \alpha\gamma\alpha\theta\eta\ \tau\upsilon\ \chi\eta$: & ab omnibus qui hæc viderint, peramicè peto, ut conatum hunc meum ab optimo animo ac voluntate profectum, in partem meliorem ac candidiorem accipiant. Ad te vero, Magnifice & Nobiliss. D. Mandeslovi, quicquid hoc est lucubratiuncula mitto, idq; tibi dedico; non solum quod patrono tali mihi hîc opus esse intelligam, sed ut testimonium etiam publicè edam obseruantia ac cultus mei, quo te tuasq; egregias virtutes a multis annis sum prosecutus. Neq; enim, ut blanda oratione te mihi conciliem, quem erga me iam dudum, benevolentissimum experior, neq; ut gratiam à te ineam, quem ab omni assentatione pro grauitate insita alienissimum esse non sum nescius, sed ut id quod res est, nullam aliorum calumniam veritus, apertè dicam; profiteri ad omnes non dubito; eum te esse, tuis quidem ipsius eximiis animi dotibus, quem patria nostra uniuersa, & Illustrissimi etiam principes atq; ille inprimis, quem honoris causa iterum non vixino, acutissimi iudicii Princeps, Ioannes Marchio, iure amauerint miratiq; sint, & ad præcipuam dignitatem nemine non favente extulerint: Quod factum nequaquam fuisset, nisi in te non modo prudentia singularis & doctrina exquisita, sed etiam summa fides & virtus excellens animaduersa probataq; fuisset. Doctrinæ tu quidem desiderio adolescens dum, ita flagraisti ut non Germaniæ tantum Academiæ complures ac nobiliores, sed Galliam etiam & Italiam, illas omnium liberalium artium & eruditionis parentes, quæ illa ætate doctissimorum

hominum copia & studiis Iuris Civilis maxime florebant, adeundas tibi putaueris, ut inde quemadmodum apes è variis optimisq; floribus decerpunt atq; exfugunt unde mel conficiant, sic tu animi & ingenii tui favos genuino sapientia & iudicii recti succo compleres, idoneosq; redderes, qui ad quamcunq; vitæ humanæ partem aliquando applicarentur. Nam, quod quosdam nescio quo ductos errore, sibi persuadere audio, se tum clavi rerum agendarum dirigendi scientiam optimè affecuturos, cum eum tenere cœperint, id tu se longe secus habere, & dolio, quod aiunt faciendo, figulinam, non esse discendam, aut nunquam certè rectè disci, aut qui sic, præpostero sanè ordine, discant, eos in scopulos sapissimè delatum iri & nauem unà cum vectoribus extremo periculo obiecturos iudicasti. Neq; te ea sefellit opinio, neq; Illustrissimi, quem dixi Principis, de te iudicium irritum fuit. simulatq; enim non per interpretem, uti fit interdum, sed se ipso cognitore ac censore edoctus fuit, qui vir esses, immò quanto te ipso indies major futurus esses, statim te accersitū in aulam, inter consiliarios suos retulit, & cūm domi in iure dicendo, tum foris in legationibus, ad summum Imperatorem, ad comitia Imperii, ad conuentus Illustrissimorum Principum, cum vel de Reipub, vel religionis negotio, vel privata sua ipsius re, agendum, consilium ve capiendum fuit, te potissimum vsus est, atq; in iis omnibus obeundis adeo probavit industriam ac fidem tuam, ut quoad viueret, te à latere suo minimè dimiserit, sed perpetuo foverit, ornauerit, dilexerit. Post huius obitum Illustrissimus Princeps Elector noster patruī provinciam omnem hæreditario iure adeptus & vestigia secutus, te favore clementiæ suæ, non minus illo, complexus est, & quoad per valetudinem tuam licuit, ad gravissimarum rerum tractationem adhibuit, donec annis & laboribus fessio tanquam emerito reipub. non militi, sed potius antesignano aut duci, quietis plusculum concedendum existimavit.

stimauit. Etsi tu quidem, naturæ quodam heroico impulsu
& assuefactione veteri, omni te labore non abdicēs, sed quo-
tidie aliquid agas mediteris & exprimas è ditissimo sapien-
tiæ tuæ penu, quod vel ex usu sit reipub., vel iustitiæ admini-
strandæ vel privatorum hominum; quicumq; ad tui consilii
veluti asyllum quoddam confugiunt. Itaq; omnes boni & in-
telligentes viri, quotquot unquam de te loquentes audimus,
te in oculis ferunt, laudibus in cœlum vehunt, dignum opti-
ma fortuna iudicant, & diutissimè superesse optant. Alia qui-
bus præditus es bona prætereo prudens. Sunt enim plerūq;
vel fortunæ munere oblata vel externa, & minus cuiusq; pro-
pria: cuiusmodi est, familiæ è qua quis ortum ducit, splendor
ac vetustas. Nemo enim est, qui in tuam gentem horum u-
trumq; maximè competere non noverit. Sed hoc in ea eò ad-
mirabilius quò rarius in cæteris; quod Mandeslovia domus
non solum belli duces peritissimos fortissimosq; complu-
res protulit, sed literarum etiam & doctrinæ liberalis orna-
mentis ac cultu, & quæ hinc nasci solet, civilis prudentiæ lau-
de, ita simul floruit, ut utroq; pacis bellive tempore, ad geren-
dam, tuendâ, ornandamq; publicam rem aptissimos & præ-
stantes viros suppeditare potuerit. Hæc igitur sunt, quæ in a-
nimo meo summam tui obseruantiam primùm ingenera-
runt, & adhuc conseruant, conseruabuntq;, quoad hanc in-
terris vitam duxero. Eadem etiam me, quærentem his, quæ
vides, Arabicæ linguæ elementis, patronum ac ceu tutelare
quoddam numè, incitarunt ac permoverunt, vt te potissimū
deligerem: cum dubitandum non videretur, quem conatum
Bartholdus Mandeslouius non improbasset, cum nemini ni-
si leuissimè iudicanti, displiciturum. Ad extremum illud te
maximopere rogo, ut & compellationem hanc meam beni-
gno & æquo animo accipias, & si qua potes, pro ea, quam ob-
tines, autoritate & pro summa, & perpetua humanitate tua
institutum nostrum de Arabicarum literarum studiis exci-
tandis

tandis & urgendis non gravate adjuves: meq; ipsum quem
jam ante in favoris tui complexum admisisti, deinceps com-
mendatum tibi habeas. Vale Deo Opt. Max. senectutem
tuam honestissimam omni optata ac iucunda re ornante &
exhilarante. Francofurti ad Viadrum. Calend. Novemb.
Anno 1592.

Tua amplitudinis

Observantissimus

Bartholomæus Radtman.

INTRODVCTIO

IN LINGVAE ARABICAE

lectionem & scriptionem.



T Ebræorum & ab ea descen-
dentiũ proxime Chaldæorũ &
Syrorum prima elemēta sunt
Consonantes & Vocales :
Cōsonantesq; literis Vocales verò notulis
aut punctis extra numerum consonantiũ
positis, describũtur, & seorsim singula per
tractantur: ita Arabum qui tertium ab E-
bræis locum in confusione Babylonica,
lingua sua ex sententia Doctorum virorũ
& secretiorum Theologorũ obtinuerunt,
& qui characteres illorum sibi proprios fe-
cerunt, & adhuc usq; diem in lectione &
scriptione sua utuntur Scytarum siue Per-
sarum & Turcarum elemēta quoq; diuer-
sa tamen forma depicta, sunt Consonan-
tes & vocales, pariq; modo & consonantes
literis

2
literis & vocales notulis aut punctis notatur, atq; seorsim ponuntur & explicantur, haud dubiè ut vel hac ratione mox in primis Elementis vestigia quædam apparerent quæ harū gentium & populorum linguas primam originem ab Ebræa ducere liquido insinuarent & docerent. Vtraq; autem nos Elementa quanta fieri poterit brevitate & perspicuitate trademus, & ea veluti symbolum adferemus, quæ quidem in hoc genere & in præsentia præstare potuimus, quæq; cum ex impressis libellis quotquot videre nobis hæctenus contigit, ut multis præceptoribus, tum maximè ex illius quæ dixi in præfatione Pauli V Villichij cōmunicatione & colloquio familiari observare licuit. Quæ si vel imperfecta, vel minus quàm oportebat elaborata, aliquibus videbuntur, hi se hisce qualibuscunq; excitos vel fortè etiam adiutos existiment, ut diligentius absolutiusq; hanc rem pertractent.

DE LITERIS.

IN literis potissimum quinque considerata sunt. 1. Fi-
gura. 2. Nomen. 3. Potestas. 4. Lectio & Scriptio,
5. Divisio

DE FIGURA.

Figura ut eam impressi libelli M. Iacobi Christmani
& Ruthgeri Spey, exhibent, & autographum quod
mecum est Turcæ dicti, qui primum elementa hæc mi-
hi monstravit, testatur, vniuscuiusq; literæ talis est:

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش
ص ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن و
پ ی ک

In figura spectatur Ordo, Numerus & Origo.

DE ORDINE.

Ordo duplex est. Alio enim ordine alphabeti Ara-
bes utuntur, quando primum pueros docere incipiunt.
Alio quando illum priorem norunt.

Quod ad primum attinet, talis is est, ut in figura
conspicitur. Quem corruptum & auctum docendi gra-
tia vocabimus. Gulielmus Postellus in tabella lingua-
rum, eum ex hæresi deductum, & in ignominiam Iu-
deorum atq; eorum fidei inuentum affirmat, quod vel
inde facile apparet, quod hic literas tetragrammati

B

יהוה

היהוה tres, He, Vau, Iod, quæ certè mysteria magna,
 iuxta Cabalistarum doctrinam continent, in fine con-
 spiciuntur, quæ aliàs vel initio, vel in medio saltem al-
 phabeti ponuntur. Quod ad postremum talis est, vt se-
 quitur.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ
 ס ע פ צ ק ר ש ת

Hanc autem seu naturalem appellabimus. Idem enim est qui Hebraeis. Eruditi Arabes eum referente id Postello & Bibliandro, & confirmante idem Paulo nostro **أبو جد** Ebdshed nominant, & communem esse in numeris & omnibus scriptoribus, affirmant, adeò vt in dicto modo loco Postellus affirmet, Alcoranum olim in fronte **أبو جد** Abudsched, propter multiplicem Cabalam, quæ ni in illo est tulisse.

Et quamuis, quid illud Ebdshed sit, aut quæ mysteria contineat, neq. Postellus, neq. Bibliander, aut alius quispiam (quod sciam) explicauerit, aut saltem integrè posuerit hactenus; Ex Paulo tamen nostro, non tantum hoc, secundum omnes suas dictiones didicimus diligenter, sed re ipsa etiam comperimus, non modo septem eius prioribus dictionibus, ordinem hunc figurarum, discendentibus ob oculos poni; Verum etiam quæ literæ, & quomodo artificiosè atq. eleganter coniungendæ & ligandæ, & quæ seorsim ponendæ sint, eo ostendi. Nec non
 & alia

5
Et alia quaedam, quæ tamen ille, quod tot iam annis a patria absuit, et hisce in terris commoratus oblitus est, reuelare non potuit.

DE NUMERO.

Quod de ordine modo diximus, idem de numero statuendum est. Voluerunt autem eruditi numerum vulgarem et auctum contrahere, quod animaduertent reliquas literas, quæ numerum Hebræorum excedunt et abundant, dilatandiq; lectionis et scriptionis gratia tantum repertæ sunt, non figura sed potestate tantum, ab ijs quibus forma similes sunt differre; et quod iam dixi, promiscuè in numeris et scriptoribus usurpentur. Quamuis Christmannus p. 12. 3. affirmet, se ex usu Arabum quem hodie obseruant in Lexicis et Onomasticis notasse 28. literas, eo ordine vt ipse vna cum Speij recenset, numerorum indices.

Sciendum præterea Postellum et Paulum nostrum ad 28. illas literas nominatorum iam autorum, adhuc vnam nomine LamEliph interserere inter φ et ψ hac forma Ψ . Scytas verò siue Persas et Turcas duas hac forma Ψ et priorem versus dextram Pe, sequentem verò Ce, nominare, iisdemq; in suis scriptis sepiusimè vti, sicuti ipse in scriptis libellis quos mihi Paulus ostendit, vidi. At in Arabica lingua nunquam adhiberi, excepta priore Pe, quæ usum in sola dictione

پیغمبر Peigamber, id est, Propheta obtinuerit, In Alcorano tamen prorsus non reperiri testis est Paulus.

DE ORIGINE.

Vt aliarum linguarum quocunq; etiam appellantur nomine, literarum figuræ ex Hebræorum figuris deducuntur: ita etiam harum. Quod vt manifestum facerent, cum in hisce, tū alijs cognatis linguis, Latina item Græca, Bibliander & Postellus, dictarum linguarum literas, literis Hebræis aptare istis placuit, vt (sicuti Bibliander loquitur) appareat oculis testibus, quatenus conueniant, aut quatenus à prima origine discesserint, numero literarum, aut ordine, aut figura, aut etiam sono & potestate. Nos tantum quæ ad originem Arabicarum &c. attinent, inde huic transferemus, & quocitius videantur literæ, Hebræas versus dextram. Harum verò populorum, versus sinistram ponemus, & quomodo ex ijs deductæ sint, diagrammate subiecto monstrabimus.

DIAGRAMMA LITERARVM ARABICARVM, Scytarum & Turcarum origines, ex Hebræis docens,

| Ex duobus Iod Hebræi, supremo versus sinistram, & infimo, versus dextram coniunctis & erectis. |

Ex duobus Iod Hebr. ב , inferioribus coniunctis.

Ex duobus Iod Hebr. ג , superiore & inferiore versus sinistram coniunctis.

Ex duobus Iod Hebr. ד , superioribus coniunctis.

Ex omnibus Iod Hebr. ה , cōiunctis, in hanc formam redactis. Multis modis hoc Arabicum deprauatum est.

Ex supremo Iod seu capite Hebr. ו , cui addit caudam.

Ex ז Hebr. remoto capite.

Ex Hebr. ח , ligato à pede.

A parente literarum ט Hebr. quod cauda oblonga Arabes deprauarunt.

Ex Hebr. י & כ apice prominulo.

A duobus Iod ultimis Hebr. ל .

Ex Hebr. מ ultimis finalibus.

Samech Arabes non habent.

Obversa figura ad Hebr. נ .

Ex Hebr. ס finali.

Ex Hebraico ע .

Ex Hebr. פ .

Ex Hebr. ק .

י
ז
ח
ט
ו
ה
ד
ג
ב
א
ס
מ
נ
ע
פ
ק

ב
ג
ד
ה
ו
ז
ח
ט
י
כ
ל
מ
נ
ע
פ
ק

DE NOMINE.

Nomina literarum Arabicarum sicut & reliquarum hæc sunt ex sententia Pauli.

Nun	نُون	Sad	صَاد	Eliph.	اليف
Wau	وَاو	Saad	صَاد	Be	بِه
He	هَاء	Tby	طَبِي	Te	تِه
Lam	لَام	Sy	سَي	Tse	تسِه
Lam	اليف	Ain	عَيْن	dschim	دشم
Lam	يِه	Ghain	غَيْن	Ha	هَاء
		Phe	فِه	Chi	چِه
		Kaph	كاف	Dal	دَال
		Ceph	كاف	Sel	سَل
		Lam	لَام	Ri	رِي
		Mim	مِيم	Se	سِه
		Lam	لَام	Sin	سِين
		Eliph	اليف	Schin	شِين

Christmannus qui solus integra nomina Arabica ex fragmento cuiusdam Onomastici Medici, quod in bibliotheca Principis Electoris Palatini reseruat, protulit hæctenus, nonnihil à nostris aliquibus finali litera differt. Vbi enim in sine nomina nostra Φ habent, ibi in suis nominibus hamfeliph cum chesre hoc pacto Φ conspicitur. Præterea articulus ال singulis eius præfixus est; nostra verò eo carent. Discrepat etiam nonnihil

nihil in latinis nominibus, sicuti & Spey, i:em Postellus & Bibliander. Difficile namq̄ est, & non certe cuiusvis linguam ita aptare, vt conuenienter singulas voces populorum exprimat, sicuti populi quibus illæ propriæ sunt. Habet enim quælibet Natio peculiaris quædam, quæ aliæ nationes non facile imitari possunt.

Vt verò in quibus differant, & in quibus conueniant, cuius appareat; subiectum schema addere placuit. Conuenientiamq̄ rotundo circulo O discrepantiam cruce + notare. Lector hoc diligenter aspiciat & consideret, atq̄ postea quod ipsi videbitur conuenientissimum eligat.

SCHEMA DIVERSITATEM AV-
torum in nominibus literarum appellandis
ostendens.

Paulus	Postell. & Bibliã.	Christ mannus.	Spey.	
Eliph	Eliph	Eliph	Eliph	O
Be	Be	Be	Be	O
Te	Te	Te	Te	O
Tfe	The	The	The	+
Dschim	Gin	Ghim	Ghin	+
Ha	He	Chbe	Chbe	+
Chi	Che	Che	Che	+
Dal	Dal	Dal	Dal	O

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Sel

ו	Sel	Dhal	Dhal	Dhal	+
ר	Ri	Re	Re	Re	+
ז	Ze	Ze	Ze	Ze	○
ש	Sin	Sin	βin	Schin	+
שׁ	Schin	Scin	Sin	Sin	+
צ	Dzat	Tzad	Tzad	Tzad	+
צׁ	Tzaad	Tzaat	Tzad	Tzadh	+
ת	Thy	The	Tte	Te	+
ד	Dsy	Tde	Tthe	Tthe	+
א	AIN	Hain	Hbain	Hain	+
ג	Ghain	Gain	Gajn	Gain	+
פ	Phe	Ph	Phe	Phe	○
ק	Kaph	Ph	Kaph	Kaph	+
צ	Ceph	Chief	Ceph	Ceph	+
ל	Lam	Lam	Lam	Lam	○
מ	Mim	Mim	Mim	Mim	○
נ	Nun	Nun	Nun	Nun	○
ו	Wau	Vau	Vau	Vau	+
ה	He	He	He	He	○
י	LamEliph	LamEliph			○
יׁ	Ie	Ie	Ie	Ie	○

DE SIGNIFICATIONIBVS

Nominum.

De significationibus nominum placet, quod Christ-
mannus

mannus pag. 2. his verbis affirmat. Cum manifestum sit nomina deducta esse ab Hebræis, vel seruatis, vel concisis vltimis literis. Quapropter quæ ipsis apud Hebræos interpretatio competit, eadem hic quoq; locum habebit. Quæsiui quidem diligenter à Paulo, num nomina ista peculiare haberent significationes, & quid Arabibus significent, sed ignorare hoc se dicebat. In Turcica autem lingua aliquot esse ex illis *σιμάρινα*, videlicet Eliph, Ha, Dal, Sin, Dzad, Am, & Ie. Reliqua verò *ἄσημα* esse. Et Eliph significare illis rectum *gerade* / vt aiebat: **Das kein Krümme hat.** Ha idem quod particula ita, *Za.* Dal, surculum ex arbore. Sin, sepulchrum. Dzad, vende *verkeuff.* Am, oculum *Aug.* Ie, comedere *Essen.*

DE POTESTATE.

Potestatem literarum hæc quæ sequitur ostendit
 Regula: Talis est vniuscuiusq; literæ potestas, qualis est prima in prolatione eius nominis consonans vel vocalis. Etsi autem ex hac regula possumus cognoscere vniuscuiusq; literæ valorē: tamen nos, vt in nominibus literarum, sic hic quoq; conuenientiam et discrepantiam dictorum autorum, iisdem notis & signis indicabimus. Valet itaq;

Paulo

A.E.I.V.

B
T
Ts
Dsch
H
Ch
D
S
R
Z
S
Sch
Tz
Dz
Th
Ds
A
Gh
Ph
K
C
L

Postello
& Bibliã.

A.E.

B
T
Th
G
H
Ch
D
Db
R
Z
S
Sc
Tz
Tzd
Th
Td
H
G
PH
Ph
CH
L

Christ-
manno.
Spiritu

B
T
Th
Gh
ebb
ch
D
Db
R
Z
Ss
S
tz
Tzb
Tt
Tth
Hb
G
PH
K
C
L

Spey.

A
B
T
Th
Gh
ebb
ch
D
Db
R
Z
Sch
S
tz
Tzdb
T
Tth
H
G
PH
K
CH
L

+
O
O
+
+
+
O
O
+
+
+
+
+
O
+
+
+
+
+
O
+
+
O

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

م	M	M	M	M	○
ن	N	N	N	N	○
و	VV	V	V	V	+
لا	La	La			○
ي	Ie	I	I	I	○

DE LECTIONE ET SCRIP- PTIONE.

*LECTIO & SCRIPTIO cum Ebræorum lectione & scri-
ptione conuenit.*

DE DIVISIONE LITE- rarum.

*Literæ linguarum dictarum tripliciter diuidun-
tur, I. Ratione figurarum, II. Ratione potestatis, III.
Ratione organorum quibus proferuntur.*

DE DIVISIONE RATIO- ne Figurarum.

*Secundum figuras diuiduntur literæ tripliciter.
Primò, in Similes & Dissimiles. Deinde, in Simples
& Duplices. Tertio, in Connexiles seu ligabiles ubi-
que, & non Connexiles seu non ubique ligabiles.*

DE SIMILIBVS ET Dissimilibus.

*Similes literæ dicuntur, quæ figura sibi correspon-
dent.*

Dissimiles, quæ figura à se inuicem discrepant.

DE SIMILIBVS.

Similium literarum possunt constitui nouem classes.

Prima.

- ب Be, Punctum habet infra.
- ت Te, Duo puncta in medio.
- ث Tse, Tria puncta in medio.
- ن Nun, Vnum punctum in medio.

Secunda.

- ح Dschim, Punctum habet versus dextram.
- ه Ha, caret puncto.
- ز Chi, Punctum superne habet.

Tertia.

- د Dal, constituit angulum obliquum & acutum.
- ذ Sel, puncto à Dal discernitur.
- ز Ze, angulum obtusum infra, nec superne habet lineam transversam.
- ز Finale habet lineam obliq. descendentem à sinistra, versus dextram transversam, longiorem, quam Dal.

Quarta.

- س Sin, caret punctis.
- ش Schin, tria puncta superne habet.

Quinta.

- ص Tzad, caret puncto.
- ض Tzaad, vnicum superne habet.

Sexta,

Sexta.

- Ⲑ Thy, caret puncto.
 Ⲑ Dsj, punctum superne habet.

Septima.

- Ⲙ Am, caret puncto.
 Ⲙ Gain, punctum superne habet.

Octava.

- Ⲏ Phe, unicum punctum superne habet.
 Ⲏ Kaph, duo puncta superne habet.
 Ⲏ VVau, nullum punctum habet.

Nona.

- Ⲛ Lam lam, equale est superius, & cum alijs connectitur.
 ✓ Ri, non est equale superius, nec cū alijs connectitur.

NOTATIO.

Literæ sub vnaquaq; classe constitutæ, et si forma ac figura nihil inter se differunt, puncta tamen quædam plura, quædam pauciora, diuersis locis collocata, quædam etiam planè nulla, habent. Vnde studiosus huius lingue, discrimen harum literarum, facile animaduertere poterit, nec vnã pro alia in collectione syllabarum accipere, si videat diligenter, quæ vnicū punctum, vel supra, vel infra literam scriptum, quæq; duo vel plura, & quæ nullum habeat.

DE DISSIMILIBVS.

Dissimiles literæ sunt hæc sex:

∴ ʃ ϕ ρ μ ς √

DE SIMPLICIBVS ET

Duplicibus.

Simplices sunt, quæ ubiq̃ locorum, vnā & eandem habent figuram.

Duplices, quæ ratione loci seu situs, figuram suam mutant. Hæ etiam biformes, illæ vniformes nominari possunt.

Sunt autem simplices hæc:

ا ج ح خ د ذ ز س ش ص ط ط

ع غ ف ق ر م و φ ي ∴

Duplices verò, siue biformes hæc: ت Quæ ne suis lineis, excedat reliquas dictiones, aut eam extra lineam precedentem extrahere necesse sit, hoc pacto scribitur in fine ت. Eadem litera, in fine ornata gratia in hanc formam pingitur ت vel etiam hoc modo ت. Quamuis in medio etiam sæpius hoc postremum Te, conspiciatur in manuscriptis & impressis libellis, Christmannus monet, hac figura pingi φ quoties in fine ratione constructionis, aut formationis, vertendum fuerat in ت

✓ Ri, quod ornatus gratia in fine ita scribitur ر Et licet figuram habeat fermè Dal, ab eo tamen differt, quod

quod ea quæ descendit linea, ultra superiorem extenditur, cum in Dal, superiori æqualis sit, ut supra quoq; dictum est.

↳ Keph, in medio sic quoq; formatur *⸗* vel etiã *⸘*
 Reperitur etiam Ceph, sæpè cum tribus punctis, sed tantum in Persica & Turcica lingua hoc pacto, *⸗*
 Quæ notant tunc molliter pronuntiandum esse ut gn. ferè.

DE LITERIS CONNEXIBILIB.

vbiq; & non connexibilibus vbiq;.

Connexiles vbiq; sunt, quæ in dextro & sinistro, hoc est, cum præcedentibus subsequenter, & inter se, copulari & coniungi possunt. Ac cum multum in hoc sit situm, diligenter opera danda est, ut quantum fieri potest, aptè inter se colligantur & committantur, alias, magna confusio lectionis existet.

Non vbiq; connexiles sunt, quæ tantum in dextro latere, cum alijs, hoc est præcedentibus, coniunguntur, non in sinistro, siue cum subsequenter, & inter se.

Posterioris generis sunt hæ septem;

Si enim cum sequenter coniungerentur, magna certe confusio fieret. Nam Eliph cum Lam, Dal & Tse cum Nun, Vau cum Phe, confunderentur. Quod & Christmannus pag. 9. annotavit. Nota tamen, Persas &

Turcas

Lurcas in *scriptione* *literarum*, & cum & coniungere hoc modo *و*. Extra verò *scriptionem* *literarum*, hoc non facere.

Prioris generis sunt reliquæ omnes, exceptis his septem, quas modo enumerauimus,

ب ت ث ح خ ص ض س ش ط

ع غ م ن ك ل ف ق ه ي :

Quando autem connectuntur & coniunguntur, aut sibi alias connectunt, hoc pacto formantur.

Tres priores *ب ت ث*

Tres sequentes *خ ح ح*

Duo *ص* talem *ه ه*

Duo *ط* hanc *ط ط*

Ain & Ghain *ع ع*

Kaph *ك ك*

Ceph *ك ك*

Lam *ل*

Mim *م م*

He *ه ه*

Ie *ي ي*

Arabes, Perse, & Turcæ, vt hanc legitimam harum in connexionione esse figuram, pueris ostendant, & lectionem earum iuuent, has sequentes subiectas dictiones

Etiones eis proponunt, & diligenter inculcanti, donec
 descriptione assidua, à se inuicem discernere, & me-
 moriter recitare præceptori, didicerint. Est autem
 magna præterea doctrina in hisce dictionibus, vt etiam
 alphabetum à prima sit denominatum, & olim etiam
 Alcoranum in fronte illam ferret vt refert Postellus,
 & supra dictum est de ordine literarum.

DICTIONES FIGURAM LITE-

rarum in connexionē & ipsam connexio-
nem, & ligationem artificiosè &

aptè ostendentes.

اَجْدُ هُوَ ذِ طَيِّبِ كَلِمٍ صَعْفُ
 قَرِهْ شَتْ سَخُوزُ ظَايِي غِلَا قَتْبَارِكُ اللّٰه
 اخشور خالقيين

Quae latinis literis sic expressæ sunt & pronun-
 ciatæ à Paulo.

Ebdsched, Hewes, Huttig, Celemen, Saphes vel
 Safes, Kareh, Schet, Sechaas, Sasig, Gillen, Phetaba,
 vel fetaba, Recallaku, Abse, Nul, Chalikin.

Nos, quo magis omnia perspicue ob oculos ponan-
 tur, singulas resolvimus in suas literas quibus scriptæ
 sunt.

D

Prima

Prima itaq; ex	ا ب ج د	
Secunda ex	ه و ز	
Tertia ex	ح ط ي	
Quarta ex	ك ل م ن	
Quinta ex	س ع ف ص	
Sexta ex	ق ر ه	
Septima ex.	ش ت	
Octaua ex	ث د ذ	Constat
Nona ex.	ط ا ن ي	
Decima ex	ع ل	
Vndecima ex	ف ا ت ب ا	
Duodecima ex	س ك ا ل ا ه	
Decima tertia ex	ا ح ث ه	
Decima quarta ex	ن و ل	
Decima quinta ex	ح ا ل ق ي ن	

REGVLÆ.

- 1 In connexione literarum initialis semper sit minor, nec tam lata vt reliquæ, vt *بس* Bes
- 2 Deinde finalis semper plenè & integrè scribatur.

DE DIVISIONE LITERARUM

secundum potestatem.

Ratione potestatis, literæ diuiduntur in cognatas

& non cognatas.

DE COGNATIS.

Cognatae potestatis, classes sex ex sententia Pauli
constituuntur,

Prima.

Ṫs, ita pronunciatum vt lingua aliquomodo attingat dentes.

Ṫdsch, Vt lingua palatum attingat paulisper.

ṪDz, Vt lingua palato adhaereat.

Secunda.

ṪH, aperto ore pronunciatum.

ṪH, ita pronunciatum, vt spiritus ad cor quasi descendat & attrahatur vel q: fiat suspirium.

Tertia.

Ṫt, molle.

Ṫt, durum.

Quarta.

Ṫs, ita prolatum vt lingua paulisper attingat dentes.

Ṫs intra dentes formatum.

Ṫds.

Ṫs Germanicum, quale est in dictione lesen.

Quinta.

Ṫgh in gutture formatum,

Ṫj consonantem.

Seruiles 13, videlicet

ا ب ت س ش ف ك ل م ن ه

DE PUNCTIS. و ي

Aterum lectionis & scriptionis elementum diximus esse puncta. Hæc sunt triplicia. Essentialia, Vocalia, & Seruilia.

DE ESSENTIALIBVS.

Essentialia sunt, quæ distinguunt figuras literarum, cumq; hæc in alphabeto conspiciantur, hic ea prosequi non est necesse, discens inde ea requirat.

DE VOCALIBVS.

Vocalia dicuntur, quæ ad formandam & pronuntiandam lectionem adhibentur. In his consideretur I. Numerus & figura, II. Nomen, III. Potestas.

IV. Diuisio.

DE NUMERO ET FIGURA.

A Paulo nostro octo numerantur hæc figura:

5 2 6 9 7 4 1

Postellus sex numerat hæc figura.

6 9 7 1

Punctum s quod à Paulo Hamfeliph nominatur, vt mox dicetur, inter literas alphabeti ponit ad latus ipsius Eliph.

D 3

Eius

Eius verò quod hoc pacto formatur, ~ planè
nullam facit mentionem.

Christmannus itidem sex, vt Postellus. Reliqua ta-
men duo ~ 5 peculiariter persequitur p. 15. vt dice-
tur infra.

Spey, ex ijs quæ Paulus enumerat, tantum ~
omittit, & hoc pacto ob oculos discentium ponit:

DE NOMINIBVS.

Supra positas figuras punctorum, nobis Paulus,
quod Arabica nomina se oblitum esse significaret,
Turcica lingua sic expressit.

Primum — **بر او ستون** Birusten,

Eins oben.

Secundum — **بر او سره** Biresreh,

Eins vnden.

Tertium = **اكي او ستون** Ikustun,

Zwo oben.

Quartum = **اكي او سره** Ikesreh,

Zwo vnden.

Quintum و **بر او ترو** Birotro,

Elnotro.

Sextum و **اكي او ترو** Icotro,

Zwo otro.

Septimum

Septimum

Octauum

Met, ^{مت}
 حروف اليف ^ع Hamseliph.

Postellus lineolam supra nominat — Nassab
 Arabice Item Patach.

Lineolam vero infra — Ger peculiariter, & cum
 Paulo chesre.

Tertium, quartum & sextum, videlicet ^ع
 tenuin id est duo puncta.

Quintum — Otur, cum Paulo & peculiariter,
 Tzum, & Raba.

Christmannus & Spey, nomina quidem quibus Po-
 stellus peculiariter utitur retinent, sed dictis punctis,
 paulo aliter quam ipse applicant, videlicet hoc modo.

— Vocant phatach vel patach.

— Chesre.

— Tzum.

— Nassab.

— Ger.

— Raba.

Et verisimile est, hisce nominibus puncta seorsim
 ne vnum pro alio acciperetur, appellat esse. Postellus
 & Spey, Met, vt dictum est omittunt, & s Ham-
 seliph, ad latus Eliph ponunt, nullo alio nomine addito.

Christmannus vero, pro vno puncto haec duo su-
 mit, & paruum Eliph nominat, dum peculiariter literae
 Eliph vt inquit seruuunt. DE

DE POTESTATE.

In potestate & valore nullam deprehendo dictorum autorum à Pauli nostri sententia discrepantiam, præter quàm in Met, & Hamseliph, ut ex subiecta forma apparet.

	Paulus	Postellus & Spey	Christmannus
<u>1</u>	E	E	E
<u>2</u>	I	I	I
<u>3</u>	V	V	V
<u>4</u>	En	En	En
<u>5</u>	In	In	In
<u>6</u>	Vn	Vn	Vn
<u>7</u>	A	Non habent	Cum & con-
<u>8</u>	Eliph	A	iungit, &

officium eius esse inquit, ut ostendat literam Eliph, supra vel iuxta quam ponitur, non quiescere in præcedente Eliph, vel patab, sed per se syllabam edere & inchoare.

DE DIVISIONE PVN.

Etorum.

Puncta vocalia tripliciter diuiduntur I. Ratione figurarum. II. Ratione potestatis, & tertio ratione situs.

DE

DE DIVISIONE RATIONE
figurarum.

Ratione figurarum, diuiduntur in simplicia & composita.

Simplicia sunt hæc quinq; Paulo, $\frac{5}{-}$ Christmanno verò hæc tria, $\frac{3}{-}$ & earum characteres non tantum loco quo adhiberi solent: Sed etiam tripliciter eorum discrimini, inseruire; ita, vt nunc habeantur Longæ, nunc Breues, nunc Breuissimæ. Et Longas tunc dicit esse, quoties eas literæ اوي quas more Hebræorum quiescentes appellat comitantur. Breues, quando literæ اوي eas non sequuntur.

Breuissimas, quando in fine sunt consonantibus adscriptæ, tunc Scheua mutum valent.


Composita hæc tria: $\frac{3}{-}$ Et, à Simplicibus ex sententia Christmanni differunt, quod eorum geminatio in fine tantum adhibeatur quo constructionem absolutam esse, ac nonnihil legendum esse ostendatur.


DE DIVISIONE RATIONE
potestatis.


Ratione Potestatis puncta sunt triplicia: Aut enim tantum vocalem: Aut vocalem & consonantem, aut solam consonantem, designant. Solam vocalem, designant hæc quatuor.

E

Vocæ


Vocalem & Consonantem hec tria: 

Consonans autem, quæ designatur semper est N. 


Consonantem solam, vnicum est videlicet 

Quoties enim hoc conspicitur, pro Eliph sumitur. Et cum puncto constituit syllabam E. I. V. Quæ vocales in hisce linguis sunt principaliores, & cæteras in se includunt. Nunquam A, Neq; etiam ad Eliph additum. Et semper ex sententia Pauli, cadit in vltimam literam.

DE DIVISIONE RATIONIS Situs.

Ratione Situs, in vocales Superiores & Inferiores diuiduntur. 




Superiores sunt, quæ supra literam scribuntur.

Harum sunt sex 

Inferiores, quæ infra literam. Harum sunt duæ.

DE PUNCTIS SERVILIBVS.

Puncta seruilia duo, ab omnibus ferè ponuntur supra literam, hac figura:

Primum  hoc modo etiam figuratur  Pausus nominat  Dschesim. Postellus, punctum rotundum vel semicirculum. Christmannus & Spey Gisime, id est, retractio. Notat literas duas, inter quas ponitur, puncto vocali carere, & connectendas esse, ad syllabæ

labæ constitutionem, vt **تس** Tes.

Alterum **س** Hoc omnes nominant **تشطيطا**

Teschth, id est, vt Paul. exprimebat, Zusammenhal-
tung. Christmannus fortitudinem. Monetq; primo, tres
vel quatuor literas, ad vnius syllabæ vel dictionis con-
stitutionem coniungendas esse. Deinde literam dupli-
candam esse, & alteram partem ad constitutionem syl-
labæ præcedentis, alteram ad sequentis trahendam seu
rapiendam esse.

Tertio, in fine constitutum & conspectum, monet
fortiter literam vltimam exprimendam esse. Christ-
mannus ad hæc duo adhuc vnum figuram Met habens
addit, & literis quibusdam inscribi quibusdam subijci
trahit, & notam esse spiritus asperioris, respondentem
accentui Græcorum circumflexo. Atq; animaduertisse
se hoc, in manuscripto Damasceno qui in Bibliotheca
Palatini reseruatur confirmat.

DE SYLLABIS, SEU QUOMO-
do literæ & puncta, ad certam syllabam
constituendam, sint colligen-
da, regule.

I.

In collectione syllabarum, initium fit à consonante,
seu consonans vocali semper præponitur. Paulus.

II.

In collectione syllabarum, omnes consonantes primo nominentur, & postea intermedia vocalis, cum illis syllabam constituens, P.

III.

In collectione syllabarum litera quae Teshbith notatae sunt coniunguntur, Paulus.

IV.

In collectione syllabarum, duae literae, inter quas Dschesim positum conspicitur, ad constitutionem syllabae coniunguntur. Paulus.


V.

Eliph, cum vel sine vsten supra scripto, semper in voce Allah, ut A legitur non ut E. Paulus.


VI.

Eliph ab initio, potest legi vel A, E, I, V. In medio vero & fine, quando caret puncto, valet tunc A. Idem tradit Christmannus & addit etiam pro o legi posse, quod tamen Paulus admittere nolebat.

VII.

Quando Eliph praeponendum est Lam, hoc pacto tum litera illae formantur  Paulus.

II X.

Litera  in fine, valet j, licet chesre non habeat subscriptum, Item in medio saepissimè.

IX.

IX.

Vocalem o Arabes, Scythæ & Turcæ, non habent.
 Exprimunt autem eam, per *o* & otro hoc modo *o*
o, Paulus & Christmannus.

X.

Litera *o* quando non habet Otro legitur tamen
 vt otro. Paulus.

XI.

Litera *o* Sæpè pro *o* ponitur, vel ad differen-
 tiam diphtongorum ostendendam, vel vt index sit lite-
 ras *W* au & *I* e ibi syllabas incipere. Christmannus.

XII.

Met supra Eliph, pro *Y*sten accipitur, & in colle-
 ctione syllabarum nomen *Y*sten, expresse sortitur. Pau-
 lus.

XIII.

Arabes, Euphonia gratia vt plurimum diphton-
 gos euitant, & vbi non ponitur Patach, vel eius loco E-
 liph, ibi simpliciter tantum enunciant, id est, vt *V* vel *j*
 proferunt. Christm.

XIV.

Euphonia gratia sæpè sequentis dictionis articu-
 lus *Al*, à priore dictione attrahitur, & in quamlibet se-
 quentem, nisi sit gutturalis mutatur. Paulus & Spey.

X V.

Quando spacium in fine, integram dictionem capere non potest, reliquæ dictionis literæ à calce versus, transponuntur ad principium sequentis versus, Quod olim Hebræis quoq; vsitatum fuisse monet bibliander in libro de communi ratione omnium linguarum pag.

63.

Constituuntur ergo syllabæ hoc modo,

או	א	א	א	א
V.	O.	I.	E.	A.

Vel sic

אֵיבֵי אֵיבֵי אֵיבֵי
אֵיבֵי אֵיבֵי אֵיבֵי

Colliguntur verò hoc modo:

Eliph vsten e
 Eliph met a
 Eliph esre i
 Eliph otro v,
 Eliph belusten Eb
 Eliph belesre Ib
 Eliph belotro Vb
 Bebelusteu Beb
 Bebelesre Bib
 Bebelotro Bub.

Atq;

Adq̄. hæc ad introductionem iys, qui ad hanc linguam discondam accedunt posse sufficere arbitror. Nunc ut eorum, quæ hæctenus dicta sunt, exercitium quoddam lectionis discentes habeant, Versus aliquot ex Psalmo 146. Arabicis literis subijciam, & e regione lectionem latinis literis addam.

PSALMI CENTESIMI
 QUADRAGESIMI SEXTI
 versus septem priores.

- | | | |
|----|---|--|
| 1. | Nephsi tebarec-el rabbi. | نَفْسِي تَبَارَكَ الرَّبِّي |
| 2. | Efbechul-Rabbi phisiati
vveersel Lailahi ma-
demet. | اَسْبِحِ الرَّبِّي فِي ذِيَاتِي
وَادْعُلْ لَّالِاهِي
مَا دَمْتُ |
| 3. | Latephecellu Ilael
ruffabila Ila benignil
bescherilline leuseh
gad-dehum chalas. | لَا تَوَكَّلُوا الْاِارِدُ
سَابِلًا عِلا نِيهِ الْبَشَرِ
الَّذِينَ لَيْسَ لَهُمْ
هُمُ خَلَاصٌ |

Vän ervvachihum

فَإِنْ أَرَوْا ظُهُورَ 4

Veieiphudnneh Ila

يَعْبُدُونَ مِنْ دُونِ اللَّهِ مَا لَكُمْ بِهِ عِلْمٌ

Terebbihinphifalichelieu-
mi

فِي ذَلِكَ يَوْمٍ يَكْفُرُ

Iebdelu dschemmi Imale-
hum.

بِكُلِّ مَا كَفَرْتُمْ بِهِ

Tubi limenIlahi

طُورٍ يَلْتَمِسُ فِيهِ 5

Iakob aunehu-vvitte-

يَعْقُوبَ عِوَاءَ وَتَو

vveccelluh A lel rabbi-Il-
lahi

كُلِّ عَلَا الرَّبِّ إِلَهِي 6

CHalik-ul semmai vve-
larfi,

خَالِقِ السَّمَاءِ وَالْأَرْضِ

vvelbachi vvedschemi

وَالْبَحْرِ وَجَمِيعِ مَا

ma fiha chaphiful-adli

فِيهَا خَافِظِ الْعَدْلِ

Ilaebed.

إِلَّا أَحَدٌ 7

Saniul haccimulmuselli
min

صَانِعِ الْحَكِيمِ لِلظَّالِمِينَ

Iathi lildschia tanvame-

يَعْبُدُ لِلْجِبْيَاعِ طُورِ الرَّبِّ

ul.-rabbi iuthlikul-eseri.

يَطْلُقُ الْأَسْرِي

FINIS.